



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XXI. Zelus Petri in defensione Christi, quem Christus non admittit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

tum factum est, ut adimplerentur scriptura prophetarum. Marc. 14. 48. 49. Et respondens Iesus ait illis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleretur scriptura. Luc. 22. 52. 53. 54. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? cumque quidam vobiscum fuerim in templo, non extenuistis manus in me: sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur eum a longe. Ioan. 18. 5. 6. 7. 8. 9. Respondit autem Iesus Nazarenus, Dicit eis Iesus: ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Petrus ergo dixit eis; ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos. Quem quaritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quaritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdimus ex eis quengquam.

## CAPVT XXI.

Zelus Petri in defensione Christi, quem Christus non admittit.

**F**IGVRAE. I. Phinees confodit Zambri cum alienigena fornicantem, & meruit sacerdotium perpetuum. Numer. 25. 6. 7. 8. Verf. 11. 12. 13. 14.

13. Idcirco loquere ad eum: ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israël.

2. Moyses defendens fratres percutit Aegyptum. Exod. 2. 15. *Audiuit q̄ Pharaos sermonem hunc, & quarebat occidere Moysen, qui confugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.*

3. Abisai conatur amputare caput Semei qui maledixit Dauidi, quod impediuit Dauid. 2. Reg. 16. 9. 10. 11. 12. *Dixit autē Abisai filius Saruie regi, quare maledicis canis hic mortuus Domino meo regi? vadā & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi & vobis filij Saruie? dimittite eum, ut maledicat. Dominus enim praecepit ei ut malediceret Dauid. & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, querit animā meam: quāto magis nunc filius Iemini? dimittite eum ut maledicat iuxta praeceptum Domini: si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.*

4. Dauid impedit eundem volentem occidere Saulem. 1. Reg. 26. 7. 8. 9. 10. 11.

VERITAS. Matt. 26. 51. 52. 53. 54. *Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladiū suum, & percutiens seruū principis sacerdotū amputauit auriculā eius. Tunc ait illi Iesus: conuerte gladium tuū in locum suū: omnes enim qui acceperint*

gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modum plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? Similia Marc. 14. 47. Luc. 22. 49. 50. 51. Ioan. 8. 10. 11. Simon ergo Petrus habens gladium eorum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram: erat autem seruo nomen Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

## CAPVT XXII.

Fuga discipulorum Christi, conculcatio vestigio per torrentem.

**P**ROPHETIAE. Iob. 6. 15. Fratres mei perierunt me, sicut torrens qui rapim transit in conualibus. Ibidem cap. 19. 12. 13. 14. 15. 16. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meae, & ancilla meae sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum cui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Capit. 30. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Abominantur me, & longè fecerunt à me, & faciem meam conspuere non verentur: pharetra enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit